φυλάτῃωσιν, ἕς ἂν ἀκροάσονται λόγους. πὺν γοῦν πρῶτον ἐκφάνεται ἡ τῆς συμμετρίας ἑ ἀσυμμετρίας φύσιν πῶς ἀναξίους μετρίαν ἡ λόγων, ἔτω φασὶν διπορευθῆναι, ὡς μὴ μόνον ἐκ τῆ κοινῆς συνστάσεως ἑ διαίτης ἐξορμηθῆναι, ἀλλὰ ἡ πύφον αὐτῶ κατασκευασθῆναι, ὡς δῆτα διπορευόμενα ἐκ τῆ μετ' ἀνθρώπων βίῃ, τῆ πῶς ἐπὶ γνομήν. * Οἱ ὅ φασι ἑ τὸ 247 δαιμόνιον νεμεσῶσαι πῶς ἐξάφορα τὰ τῆ πυθαγόρεως ποιησάμενοις. φθαρθῆναι ὅ γὰρ ὡς ἀπεδείχθη ἐκ θαλάσσης ἡ δηλώσανται ἡ τὰ εἰσπαγώνες σύστασιν, (τῶν δὲ ἢ δωδεκάεδρον, ἐν τῇ πύφῃ λεγομένων στερεῶν σχημάτων) εἰς σφαῖραν ἐκλήινεσθαι. ἔνιοι δὲ πῶς τὸ ἀλόγεον καὶ ἡ ἀσυμμετρίας ἐξαιπῶνται. τῶν παλαιῶν ἐλεξαν. ἰδιότροπὸς τι μὲν καὶ συμβολικὴ ἦν ἡ σύμστασις πυθαγόρειον ἀγωγή, ἡ αἰνίγματα σί πῶς καὶ γράφοις, ἑ ἐκ γὰρ τῶν διπορευμάτων, εἰσκήσαν, δια τὸ διαχαίρειν τῶν χαρακτῆρων καθάπερ καὶ πῶς θεῖα τῶν ὄντων καὶ πυθαγόρεως λόγια διασαφηνολογῆσαι πῶς καὶ διασερμηνεύονται φαίνεται πῶς ἐκ πῶς.

⁷ Καὶ τὰ φων αὐτῶν κηρύσσονται.] Confer Nos supra, ad Cap. xvii.

⁸ φθαρθῆναι γὰρ ὡς ἀπεδείχθη ἐκ θαλάσσης.] Hæc intelligenda sunt de Hippaso Pythagoræ: ut discimus ex ipso Jamblichio supra, Num. 88.

⁹ ἑ ἐκ γὰρ τῶν] Sic codex MS. At prior Edit. corrupte, ἐκ τῶν: pro quo Accerius vel ἐκ τῶν, vel ἐκ τῶν, vel ἐκ τῶν, infelicitèr legendum conjiciebat. Cæterum, conferendus est cum hoc loco Noster supra, Num. 105. & 161.

ρέγυα χρησμελοζομήμοις. ποσῶν
αὐτῆς καὶ ἀπὸ τῆς ἀποράδου λεγο-
μένων πικμήρια αὐτῶν ἐξάχθητε πρὸς
Πυθαγόρου καὶ τῶν Πυθαγορείων.

videntur, qui responsa perfunctorie tractant. Tot & tanta quis è sparsim dictis de Pythagora & Pythagoreis documenta apponere queat.

Κ Ε Φ. ΛΕ΄.

C A P. XXXV.

248 **Η**σαν δὲ τινες, οἱ προσεπλέμεν
τοῖς ἀνδράσι τέττις, καὶ ἐπαύε-
σθαι αὐτοῖς. ὅτι μὲν ἔν ἀπὸντ
Πυθαγόρου ἐχέμετο ἡ ὀπίθελη, πίν-
τες συνομολογῆσαι. ἀφαιρόντων δὲ
πρὸς τὴν πόλιν ἀποδημίας· οἱ μὲν πρὸς
Φερεκύδην τὸν Σύρον, οἱ δὲ πρὸς Με-
ταπόντιον λέγοντες ἀποδημηκέμεν
τὸν Πυθαγόρου. καὶ τῶν αὐτῶν τῶν ὀπι-
θελῶν πλείονες λόγον· μία μὲν
ὑπὸ τῶν Κυλωνίων λεγομένων ἀν-
δρῶν, τριάδε λεγομένη. ἡ Κυλων,
ἀνὴρ Κροτωνιάτης, ἥντι μὲν ἔδωκε
καὶ πλάττω πρῶτων τῶν πολιτῶν,
ἀλλῶς δὲ χαλεπὸς τις καὶ βίαιος καὶ
βαρύνων καὶ τυραννικὸς τῶν ἡρώων,
πᾶσαν προσημίαν ἐξέλασεν ὁρμήν
πρὸς τὴν κωνωνήσιν καὶ Πυθαγόρου
βίαν, καὶ προσελθὼν πρὸς αὐτὸν τὸν
Πυθαγόρου ἡδὲ προσεβόηεν ἔντα,
ἀπεδοκιμάσθη δὲ τὰς προσημύ-
249 νας αὐτοῦ. * Γενομένης δὲ τέττις,
πόλεμον ἰσχυρὸν ἤρατο, καὶ αὐτὸς,
καὶ οἱ φίλοι αὐτοῦ καὶ τῶν Κυλωνίων,

NON defuerunt tamen, qui hosce
Viros oppugnatum irent, qui-
que contra illos insurgerent. Enim-
vero apud omnes in confesso est,
absente Pythagora insidias adver-
sus eos erupisse: sed quæ tum fuerit
ejus peregrinatio, de eo non con-
veniunt: quidam enim ad Phere-
cydem Syrium, alii Metapontum
profectum tradunt. Causæ vero
insidiarum plures enumerantur.
Unam earum à factione Cylonia
repetunt. Erat enim Cylo genere,
splendore, divitiis, Crotoniatarum
facile princeps; cætera vero
homo durus, violentus, seditio-
sus, & tyrannico ingenio: isque
nullum non lapidem moverat, ut
in Pythagoreorum consortium ad-
mitteretur; ac postquam Pytha-
goram ipsum ea de re compel-
lasset, ob prædictas causas repul-
sam passus fuerat. Quo facto,
ipse cum amicis suis adversus Py-
thagoram ejusque discipulos acre
bellum suscepit: fuitque Cylonis,

* Κύλων, ἀνὴρ Κροτ.] Eandem histo-
riam, præter Jamblichum nostrum, &
Porphyrium, narrat etiam Diodorus in
Excerptis Valeſianis. Cæterum, quem

hic Jamblichus Κύλωνα vocat, is Diogeni
Laërtio Κόδων dicitur. Vide Menag. ad
Laërt. Lib. viii. 49.

& eorum qui in partibus illius stabant, tam atrox tamque impotens defendendi honoris sui studium, ut ad ultimos usque Pythagoreos perduraverit. Pythagoras itaque hac de causa Metapontum se contulit; ibique vitam finivisse dicitur. Interim Cylonii contra Pythagoreos insurgere, & infesti animi documenta edere non intermiserunt: sed nihilominus tamen aliquandiu Pythagoreorum virtus inconcussa stetit, civitatumque iis benevolentia conservata est: ita ut nec ab aliis res suas administrari publicas sustinuerint. Sed tandem eo Cyloniorum insidiarum proruperunt, ut domum Milonis, in qua Pythagorei, de rebus ad bonum publicum pertinentibus deliberaturi, confederant, igne subiecto, cum ipsis Viris combusserint, duobus tantum elapsis, Archippo, & Lyfide: hi enim iustæ ætatis vigore, viribusque pollentes, per ignem se foras proripuerant. Cum vero vulgus civium ad tantam cladem con-

πρὸς αὐτὸν πὺν Πυθαγόραν, καὶ οὗτον ἱπαίρους. καὶ ἔτω σφοδρὰ πρὸς ἑχθροὺς ἑ ἀκρατῶν ἡ φιλοπομία αὐτῷ πρὸς τοὺς Κύλωνας, καὶ τῷ μετ' ἐκείνων πταγμῶν, ὥστε διατεῖναι μέχρ' αὐτῶν πλάττειν Πυθαγορείων. ὁ μὲν ὅν Πυθαγόρας διὰ παντὶ τῷ αἵματι ἀπῆλθεν εἰς τὸ Μεταπόντιον, καὶ κεῖ λέγεται κατασφύσαι τὸ βίον. οἱ δὲ Κυλώνειοι λεγόμενοι διετίλυνον πρὸς οὗτον Πυθαγορείους ἐκσιάζοντες, καὶ πάντων ἐνδεκνύμενοι δυσμένειαν. ἀλλ' ὅμως ἐπικρατὶ μέχρ' ἡ τῷ Πυθαγορείων καλοκαρδία, καὶ ἡ τῷ πόντῳ αὐτῶν βέλησις, ὥστε ὑπὸ ἐκείνων οἰκονομεῖσθαι βέλεισθαι περὶ τῆς πολιτείας, τέλος δὲ εἰς πρῶτον ἐπιβάλλουσι τῆς ἀνδραγασίας, ὥστε ἐν τῇ Μίλωνας οἰκία ἐν Κρότωνι συνεδρῶντων Πυθαγορείων, καὶ βελδομῶν περὶ πολεμικῶν πραγμάτων, ὑφάψαντες τὸ οἶκον, κατίκασαν οὗτον ἀνδρας, 3 πλὴν δυοῖν. Ἀρχίππῳ τε καὶ Λύσιδῳ. ἔπει γὰρ πλεῖστα τοῖς ὄντις, καὶ εὐρωστέασι, 4 διεξέπει-

σονται ἔξω πως. * Γενομένης γὰρ ταύτης, καὶ λόγον εἰδέναι ποιησικῶν τῶν 250

² Μίλωνας.] Prior Edit. habet Μύλωνας; at codex MS. Κύλωνας: pro quo Μίλωνας, auctoritate Porphyrii, reposui. Vide omnino Menag. ad Laert. viii. 39.

³ Πλὴν δυοῖν, Ἀρχίππῳ τε καὶ Λύσιδῳ.] Vide Menagium, dicto loco.

⁴ Διεξέπεισαντο.] Arcerius imperite, foris concissi & obtruncati perierunt. Tu verte, fugam elapsi sunt: vel, ut Obrechus, foras se proripuerunt. Hefychius,

Διεκπίσαντες, διεκρίσαντες. Sic enim apud eum scribendum est, pro Διεκπίσαντες, διεκτρώσαντες. Apud Suidam quoque in serie sua Διεκπίσαντες scribendum est, pro Διεκπίσαντες. Uti autem διεκπίσαντες significat, cursu se ex aliquo loco proripere; ita εἰσάγειν, cursu vel saltu se aliquo inferre. Vide Hefychium, γ. Εἰσάγειν.

πολλῶν περὶ τῆς συμβάντης πάθους, ἐπαύσαντο τῆς ὀπτιμελείας οἱ Πυθαγόρειοι. σωέβη ἣ τῆτο δ' ἀμφοτέρως τὰς αἰτίας, ἀλλά πῶς ὀλιγωρίαν τῶν ἰσχυρίων, (τῶς ποιῆται γὰρ καὶ τηλικύτης ἡγομένης πάθους ἐδιδείκναι ὀπισθοφύλῃ ἐπισημασθε) ἀλλά τε τὴν ἀπώλειαν τῆς ἡγεμονικωπάτων ἀνδρῶν. τῶν δ' ὅσοι τῶς περὶ σφόντων, ἀμφοτέρων Ταραντίνων ἔντων, ὁ μὲν Ἀρχίππου ἀνεχώρησεν εἰς Τάραντα· ὁ δὲ Λύσις μισήσας τὴν ὀλιγωρίαν, ἀπῆρεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ ἐν Ἀχαΐᾳ διέτριβε τῇ Πελοποννησιακῇ. ἐπέειπε εἰς Θήβας ὁ μετακίσατο, παρὰ τὴν πύλιν ἡγομένης· ἔπειτα ἐγγύετο Ἐπαμεινώνδας ἀκροατῆς. καὶ πατέρα τὸν Λύσιν ἐκάλεσεν· ὁ δὲ καὶ τὸν βίον κατέσπευσεν. οἱ δὲ λοιποὶ τῶν Πυθαγορείων ἀπέστησαν τῇ Ἰταλίᾳ, πλὴν Ἀρχύτα & Ταραντίνου. * Ἀφ' ὧν ἀφ' ὧν εἰς τὸν Πύργον, ἐκεῖ διέτριβον μετ' ἀλλήλων. ἡ προσιόντων δὲ τῶν ἡρώων, καὶ τῶν πολιτομάτων ὅτι τὸν χειρὸν προσβαινόντων· ἦσαν δὲ οἱ παλαιότατοι τε, φάντων, καὶ Ἐχέκράτης, καὶ Πολύμναστος, καὶ Διοκλῆς, Φλιάσοι· Ζενοφίλος δὲ Χαλκιδικῆς, τῶν δὲ Θράκης Χαλκιδίων. ἐφύλαξαν μὲν ἔν τῃ ἐξ ἀρχῆς ἡγή καὶ τὰ μαθήματα, καίτοι ἐκλειπόμενης τῆς αἰρέσεως· ὥς

niveret, Pythagorei omnem Reip. gerendæ curam abjecerunt: idque ob duplicem potissimum causam: tum quod cives tantæ calamitatis nullam rationem habuissent; tum quod ii interiissent, qui ad publicas res administrandas maxime fuerant idonei. Illi autem, qui è periculo salvi evaserant, ambo Tarentini erant: & Archippus quidem in patriam rediit; Lysis vero neglectum sui perosus, in Græciam solvit, & in Achaja Peloponnesi commoratus est: unde, incertum quo adspirante favore, Thebas commigravit; ibique Epaminondam auditorem habuit, à quo & parens salutatus est; ac tandem ibidem mortem obiit. Reliqui Pythagorei, præter Archytam Tarentinum, Italia exceßerunt, & Rhegium confluentes, ibi una commorati sunt. Erant autem præcipui eorum Phanto, Echecrates, Polymnastus, Diocles, Phlyasii; & Xenophilus Chalcidensis è Thracia. Temporis autem progressu, cum Rerump. administratio in deterius vergeret; in pristinis nihilominus institutis studiisque persti-

¹ Πόλιον] Sic recte MS. pro πολίμιν.

² Μετακίσατο] Menag. ad Laert. viii. 7. legit, μετακίσατο: quod probat.

³ Προσιόντων δὲ τῶν ἡρώων, καὶ τῶν πολιτομάτων] Hæc verba

seriem orationis omnino interrumpunt, nec locum hic habere possunt; quæ proinde Obrechtus rectius collocat post illa, quæ paulo post sequuntur, τῶν δὲ Θράκης Χαλκιδίων.

terunt, donec, deficiente Secta, penitus interciderent. Hoc modo res ab Aristoxeno narratur. Nicomachus autem, cetera quidem consentit: sed quod ad peregrinationem Pythagoræ attinet, tradit, insidias hasce structas esse, cum ille Deli moraretur: quo se ad præceptorem suum. Pherecydem Syrium contulerat, ut ei morbo, qui pedicularis dicitur, laboranti opem ferret: cui etiam defuncto iusta perfolvit. Tum itaque illi, quos ut desperatos Pythagorei schola eiecerant, columnaque sepulchrali notaverant, facto undiquaque impetu plerosque omnes igni tradiderunt; cæteros Italici lapidibus obrutos, insepultos abjecerunt. Eodem tempore, una cum viris doctrinæ peritis, ipsa quoque doctrina intercidit; utpote in pectoribus ipsorum, veluti arcânium quoddam recondita: sola autem obscura & inextricabilia apud externos oretenus permanferunt; paucis duntaxat exceptis, quæ, exilis rarique igniculi instar, quibusdam inhæserunt; qui, quod abessent, ali-

εὐχρώς ἢ φανιδίησεν. ταῦτα μὲν
ἐν Ἀριστοξένῳ διηγέται. Νικό-
μαχος δὲ τὰ μὲν ἄλλα συναμολο-
γεῖ ταῖς· ὡς δὲ τὸ διὰ Πυθαγόρα
τῶν Πυθαγόρα φησὶ γινόμενα τὸ Πι-
ταγῶν πινυ. * Ὡς γὰρ φερε- 252
κύνει τὸ Σύρον, διδάσκαλον αὐ-
τῶν γινόμενον, εἰς Ἀήλον ἐπεσθῆναι,
νοσηρομένων αὐτῶν, περὶ τῆς γυν-
μῶν τῶν ἰσογυμνῶν τὸ φθιμελάσις
παύει, καὶ κηδύσαν· τότε δὲ ἐν οἷς
δοσιγινώδεις ἔσθ' αὐτῶν καὶ ἐπὶ
λατρώδεις ἐπὶ τῶν αὐτῶν, καὶ ἀν-
τις πανταχῇ ἐπέστησεν· αὐτοὶ π
ὑπὸ τῶν ἱταλιωτῶν καταλιδύσασθαι
ἐπὶ τῶν, καὶ ἐξέρριψαν αὐτοὺς.
τότε δὲ ἐν συνεπιλιπῆν συνεβάνε
τῶν Πιταγῶν τοῖς Πιταγῶν,
ἀπὸ δὲ ἀρρήτων ὑπὸ αὐτῶν ἐν τοῖς
σῆθις Διφυλαχθεῖσιν μέγιστα
τότε· τίς πὶ δυοσωμῆται μὲν καὶ
ἀδιάπικτα¹⁰ ὡς πῶς ἐξ ὧν Δι-
μνημονεύεται συνέβη·¹¹ πλὴν
ὀλίγων πάντων, ὅσα πινὲς ἐν ἀλλοδῇ.

⁸ Εὐχρώς] Ex MS. pro εὐχρώς.

⁹ Ὡς γὰρ φερεκύνει τὸ Σύρον. — καὶ
κηδύσαν] Hæc leguntur etiam apud Por-
phyrium, Num. 251. Confer etiam No-
strum supra, Num. 184.

¹⁰ Ἀδιάπικτα] Sic sensu exigente re-
scripsi pro Διάπικτα, quod prior Edit.
habet. Ἀδιάπικτα autem sunt ea, quæ
non sunt evoluta, vel explicata, atque
ideo obscura: vel, inexplicabilia: a Διά-
πικτα. Sic Noster supra Num. 105. in-

quit, Symbola Pythagoreorum anilibus
fabellis similia videri, εἰ μὴ τις αὐτὰ Διά-
πικται: nisi quis ea explicaverit. Et paulo
post ait: eadem reconditam continere sa-
pientiam, ἐπιπῶν τὸ πῶς συμβῶν τῶν
Διάπικτῶν. Sed quid lucernam in meri-
die accendo, & facilia Διάπικτα?

¹¹ Πλὴν ὀλίγων πάντων, ὅσα πινὲς ἐν ἀλλοδῇ.
τότε τῶν τοῖς διδομένοις ἔσθ' αὐτοῖς. — ἐπὶ τῶν
τοῖς ἐπὶ τῶν τοῖς] Hæc omnia leguntur
etiam apud Porphyrium, Num. 57. 58.

μίαις πῶς τυχόντες διέσωσαν ζώον-
 ρα ἅττα πᾶν ἀμυνδρὰ ἔδυσθη-
 253 π. * Καὶ ἔπει γὰρ μονώζοντες, καὶ
 ὅτι τῷ συμβῶντι ἢ μετρώως ἀνυ-
 μήσαντες, διασώζοντες μὲν ἄλλῃ
 ἀλλὰ καὶ, καὶ ὑπέτι κρινωτοῖν ἀν-
 θρώπων πνὶ λόγῳ παρεῖπαν ὑπὲρ
 ἄλλων· μονάζοντες δὲ ἐν ταῖς ἐρη-
 μίαις, ὅπως αὖν τύχῃ, καὶ κατὰ
 κλεισι τὰ πολλὰ, τὴν αὐτὴν ἐαυ-
 τῷ ἑκάστῳ συνῆσαν ἀντὶ πάντων
 ἡσυχάζον. διὰ λαβῶν δὲ, μὴ
 παντοῶς ἐξ ἀνθρώπων ¹² ἀπό-
 ληται τὸ φιλοσοφίας ὄνομα, καὶ
 θεοῖς αὐτοῖς ἀξίῳ τῷ ἀπὸ χθάνων),
 διολίσσονται ἀρδύν τὸ τηλικῶν
 αὐτῶν δῶρον, ἐπομνήματα πᾶν
 κεφαλαίωδῃ ἔς συμβολὰς συνταξά-
 ρμοι, τὰ π τὴν προεβύτην συγ-
 γράμματα, καὶ ὧν διεμένοντο,
 συναλίπτοντες κατὰ λιν ἑκάστῳ, ἔ-
 ἰτόγχανε πλοῦτων, ὁποκλήσαν-
 τες ἡοῖς, ἢ θυγατέρας, ἢ γυναιξί,
 μηδεὶ δίδοναι τὴν ἐκ τῆς οἰκίας.
 αἱ δὲ μέγχα πεμπόμεναι χρόνῳ τῷ
 διατήρησαν, ὥς ἀξιοδοχῆς τὴν αὐτὴν
 παύσειν ἐν πολλῷ ¹³ ὁπισθόλυσαν
 254 πῶς ὁπίσθιοις. * Ἐπεὶ δὲ ἔς Ἀπολ-
 λωνίῳ περὶ τὴν αὐτῶν ἔστιν ὅπως
 ἀξιοφανεῖ, πολλὰ δὲ ἔς προσήγησι τὴν
 μὴ εἰρημίων περὶ τέτων· φερεῖ δὲ
 καὶ τὴν τέτατον ὡς ἀφωμεῖται διήγησιν

¹² Ἀπὸ ληται] Vox hæc in priore Edit.
 deest, quam ex MS. revocaui. Porphy-
 rius tamen rectius habet, ἀπὸ ληται.

bique terrarum peregrinarentur,
 cladi superstitēs manerant. Sed
 hi quoque ab omnibus deserti, &
 tristi suorum casu profligati ani-
 moque dejecti, in diversas orbis
 partes dispersi sunt; cum nemine
 hominum quicquam de rebus suis
 communicare sustinentes. Solita-
 riam enim vitam, ubicunque se
 locus dabat, amplexi, ac in pri-
 mis sibi quisque vivere contenti,
 domi suæ se inclusos continebant.
 Veriti tamen, ne plane ex homi-
 num memoria philosophiæ nomen
 aboleretur; neve ipsi Deorum in-
 dignationem incurrerent, quod
 tam insigne illorum donum sine-
 rent interire; summa quædam
 doctrinæ capita atque symbola in
 commentarios retulerunt, col-
 lectaque seniorum scripta, &
 quæ cuique memoria suppedita-
 bat, in unum redacta, reli-
 querunt; moriturique filiis, filia-
 bus, & uxoribus, in supremis
 mandatis dederunt, ne cui ex-
 traneo copiam eorum facerent;
 idque diu etiam deinceps obser-
 vatum est; posteris idem jussum
 in successores transmittentibus.
 Porro cum Apollonius circa hæc
 ipsa alicubi dissentiat, multaque
 etiam cæteris indicta adjiciat, il-
 lius quoque narrationem de insi-

¹³ Ἐπισθόλυσαν πῶς ἐπισθόλυσαν] Porphy-
 rius melius, ἀφωμεῖται τοῖς ἀπὸ ληταις.

diis in Pythagoreos comparatis, adjiciemus. Refert igitur, quod Pythagoram statim à puero, reliquorum hominum invidia exceperit. Quamdiu enim promiscue cum quibusvis, qui affluebant, sermonem sociabat, gratus acceptusque fuit: postquam vero cum solis discipulis suis conversari cœpit, publicus favor eum destituit. Et cives quidem exteris potiores apud eum partes libenter concedebant: at quibusdam è popularibus suis aliquid amplius ab eo tribui indignabantur; & in suam fraudem congressus hosce tendere existimabant. Accedebat, quod juvenes illi, è familiis dignitate & opulentia præcipuis orti, & ad adultiorem ætatem provecti, non tantum inter suos primas obtinebant; verum etiam in urbibus ad Reip. clavum sedebant, insignemque trecentarum familiarum cœtum contraxerant: ita ut exigua tantum portio superesset, quæ se non iisdem moribus paribusque studiis consecrasset. Verumenimvero quamdiu se intra regionis suæ antiquos terminos Crotoniæ continuaverunt, coramque Pythagoras aderat; permanit ea, quæ ab urbis conditu inveteraverat, Reip. constitutio: licet jam minus placeret, & jam magno studio

ᾧ τὸ πρὸς τοῦ Πυθαγορείου ἑπι-
βελῆς. λέγει πόινω, ὡς ¹⁴ ἐκείνοις
παρηκολούθη μὲν εὐνὴς ἐκ παίδων ὁ
φθόνος. ὡς δὲ τῶν ἄλλων. οἱ γὰρ
ἀνθρώποι, μέχρα μὲν διελίγητο
πᾶσι τοῖς προσέεισι, Πυθαγόραν
ἡδέως εἶχον. ἐπεὶ δὲ μόνους ἐνέτυχ-
χανε τοῖς μαθηταῖς, ἡλαττήρ. καὶ
τῶ μὲν ἐξώθεν ἦκοντο. συνεχώρειν
ἡπείατο. τοῖς δὲ ἐγχωρείοις πλέον
φέρεται δοκεῖν ἡχθόντες, καὶ καθ'
αὐτῶν ὑπελάμβανον γίνεσθαι τὴν
συνόδον. ἐπειτα καὶ τὴ νεανίσκων ὄν-
των ἐκ τῶν ἐν τοῖς ἀξιώμασι, καὶ
ταῖς ἐσάταις προσχόντων, συνέβαινε
προαγωγὴς τῆς ἡλικίας μὴ μόνον αὐ-
τὰς ἐν τοῖς ἰδίοις οἴκοις πρῶτον,
ἀλλὰ καὶ τὴν πάλιν οἰκονομίαν, με-
γάλλω μὲν ἐταιρείαν ¹⁵ συναγχο-
χόσιν, (ἦσαν γὰρ ὑπὲρ τετρακο-
σίας) μικρὸν δὲ μέρους τῆς πόλεως
ἔστι, τοῖς οὖν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἦσαν,
ἐδ' ἐπιτηδύμασιν ἐκείνοις πολι-
τῶσι. * Οὐ μὲν ἀλλὰ μέχρα ²⁵⁵
μὲν ἂν τὴν ὑπαρχομένην χώραν
ἐπέκλῃτο, καὶ Πυθαγόρας ἐπεδήμη,
διέμενεν ἡ μὲν τὸν συνοικισμὸν πε-
χρονισμῶν κατέστρεψε, δυσχερὲς α-

¹⁴ Ε'κείνοις] An potius ἐκείνων, ut referatur ad Pythagoram.

¹⁵ Συναγχοχόσιν — μικρὸν δὲ μέρους τῆς πόλεως ἔστι, τοῖς &c.] Constructio hic claudicat; quæ, ut in integrum re-

stituatur, scribendum erit, συναγχοχόσιν, — μικρὸν δὲ μέρους τῆς πόλεως ὄντων, τῶν — πολιτῶν. Dativi enim illi non habent, quo referantur.

μήν, ἢ ζητῆσαι καὶ ἐν εὐρεσθαι
 μετεβολῆς. ἐπεὶ δὲ Σύβαρις ἐχαι-
 ρώσαντο, καὶ κύνῃ ἀπῆλθε, καὶ
 τὴν δορυκλήτην ¹⁶ διακῆσαντο μὴ
 κατακληρηχθῆναι καὶ τὴν Πυ-
 θυμίαν τῶν πολλῶν, ἐξεργάζητο
 σὺν πέρδρον μισθῷ, καὶ διέστη
 πρὸς αὐτὰς τὸ πληθύνειν. ἡγεμό-
 νες δὲ ἐγένοντο τῆς λαφύρας οἱ
 ταῖς συγγυαίαις καὶ ταῖς οἰκειότη-
 σιν ἐγγύταται καθεστηκότες τῶν Πυ-
 θαγορείων αἵπιοι δὲ ἦν, ὅτι παρὰ μὲν
 πολλὰ αὐτὰς ἐλύπη τῶν περὶ το-
 μῶν, ὥστε ἔστυον τυχόντας,
 ἐφ' ὅσον ¹⁷ ἰδιωμόν ἐχε παρὰ τοῦ
 ἄλλου. ἐν δὲ ταῖς μεγίσταις κατὰ αὐ-
 τῶν μόνον ἐνόμιζον εἶναι τὰ ἀπαιτία.
 Πῶς ¹⁸ μὲν γὰρ τῷ μηδεὶα τῶν Πυ-
 θαγορείων ὀνομάζειν Πυθαγόραν,
 ἀλλὰ ζῶντα μὲν, ὅποτε βέλοιντο
 δηλώσαι, καλεῖν αὐτὴν θεῖον. ἐπεὶ
 δὲ ἐπαλώπησεν, σκέπειν τὸ ἀνδρα-
 καθεύπειν ¹⁹ ὁ μὴρ τοῦ λαοφάνει τὸ
 Εὐμαίον ὑπὲρ Ὀδυσσεὺς μεμνη-
 μένον.

Τὸν μὲν ἐγὼν, ὃ ξῆνε, καὶ ὃ
 παρὲντ' ὀνομάζειν

¹⁶ Διακῆσαντο] Sensus gratia lego,
 διακῆσαντο: i. e. palam decreverunt, vel
 constituerunt.

¹⁷ Ἰδιωμόν] Ex MS. pro ἰδίᾳ μίη:
 quod prior Edit. habet.

¹⁸ Ἐπὶ μὲν γὰρ τῷ μηδεὶα τ.] Est oratio
 ἀπαγγέλλουσα. Decet enim in sequentibus
 λαοφάνει, quæ prioribus his respondeat.

rerum novandarum occasio quæ-
 reretur. Sybari deinde capta, &
 Pythagora aliorum profecto, ager
 bello partus non est ex voluntate
 plebis inter novos colonos sorte
 divisus: unde in Pythagoreos oc-
 cultatum hucusque odium erupit,
 populusque discessionem ab eis fe-
 cit. Duces autem seditionis fue-
 re, qui Pythagoreos sanguinis &
 cognationis necessitudine proxime
 contingebant. Causæ erant, quod
 multa ex iis, quæ Pythagorei fa-
 ciebant, cognatos eorum ac simul
 promiscuam plebem offendebant;
 utpote quæ comparata cum alio-
 rum moribus, singulare aliquid in
 se haberent: unde & præcipuas
 eorum actiones cæteri in suam uni-
 ce contumeliam interpretabantur.
 Nemo enim Pythagoreorum erat,
 qui suo nomine præceptorem ap-
 pellaret; sed quamdiu in vivis fuit,
 Divinum; postquam vero obiisset,
 Vivum Illum; nominabant: quem-
 admodum Homerus Eumæum,
 cum Ulyssis mentionem facere vel-
 let, ita loquentem introduxit:

Hunc hospēs vereor, licet absit,
 nomine sueto

Fieri autem interdum solet, ut Scripto-
 res, qui longis utuntur periodis (ex quo-
 rum numero est Jamblichus noster) prio-
 rum, nonnunquam obliviscantur, & sic
 orationem ἀνωμαλὴν πῶς δὲ τὴν relinquant.

¹⁹ Ὁ μὴρ τοῦ] Odyss. x. ubi tamen in
 versu secundo pro λαοφάνει legitur ὁ μὴρ

Appellare : etenim me cura & amore fovebat.

Similiter, quod nunquam, nisi ante Solis ortum è lecto surgerent, nec annulum gestarent, cui Dei imago insculpta esset: sed & orientem Solem adoraturi observarent; & abstinerent ab hujusmodi annulo; ne forte ad exequias, aut in alium locum non purum, eum deferrent. Item quod nihil agerent, quod non deliberatum antea & excussum foret; sed mane agenda perpenderent, vesperi acta retractarent; eademque opera intellectum simul, & memoriam exercerent. Præterea, quod, si aliquis è Secta illa jussisset, ut sibi hoc aut illo loco occurreretur; alter ibidem noctem diemque, donec ille adveniret, in uno eodemque vestigio hæserit; documento futurus, quod Pythagoreis incumberet, dictorum memores esse, nihilque temere loqui. In universum autem præceperat Pythagoras, ne unquam ad extremum usque vitæ, absque certa lege agerent: sub mortem autem imprecationibus abstinerent; sed, ut facere solent qui mare Adriaticum trajecturi sunt, cum bonis faustisque ominibus oram solverent. Talia, ut mo-

Αἰδέομαι· ὡς γὰρ μ' ἐφίλει καὶ κηδετο λίαν.

* Ὁμοιοτρόπως ᾗ μὴδ' ἐκ τῆς κλί- 256
νης ἀνίστασθαι ὕστερον, ἢ τὸν ἥλιον
ἀνίσχιν· μὴδὲ δακτύλιον ἔχοντα
θεῶν σημεῖον φορεῖν· ἀλλὰ τὸ μὲν
ὡς ἀπὸ τοῦ ἡλίου, ὅπως ἀνίσταται προσέ-
ξων· τὸν δὲ μὴ περὶ τῆς Φυ-
λατῆς, μὴ προσενέγκωσιν
ὡς ἐκφορεῖν, ἢ πῶς τῶν ἐκα-
στηρὸν ὁμοίως ᾗ μὴδ' ὁ ἀπὸ τοῦ
λάτῃ, μὴδ' ἀνυπὸ τοῦ μὴδὲν
ποιῶν, ἀλλὰ πρῶτ' ἂν προσχερ-
ζέσθαι, τὴν πρῶτ' ἂν εἰς δὲ τὴν ὑπὸ
ἀναλογίαν, τὴν διωκτικῇ, ἀλλὰ
τὴν σκοπεῖσθαι καὶ τὴν μνηστῇ γυμνα-
ζομένης. ὡς ἀπὸ τῆς δὲ, εἰς τὴν
τὴν κοινωνεῖται τὴν ἀπὸ τοῦ
τῆς κελύσσειν εἰς πῶς τῶν,
ἐν τῇ ἐκείνῃ περὶ τῆς, εἰς ἑλθοῖ,
δὲ ἡμέρας ἐν τῇ τῆς πάλιν ἐν τῇ
τῇ τῶν Πυθαγορείων συνεδρῶντων
μεμνησθαι τὸ ῥηθὲν, καὶ μὴδὲν οἰκῇ
λέγειν. * Ὅλως δὲ ἀπὸ τῆς π- 257
λάτῃς εἶναι τὴν προσεπαιγμένην καὶ
κατὰ τὴν ὕστερον καιρὸν παρήγγαλλε
μὴ βλασφημεῖν, ἀλλ' ὡς ἐν
ταῖς ἀναγωγαῖς οἰωνίζεσθαι μετὰ
τῆς εὐφημίας, ἢ ἵνα ἐπιβῇ
διωθόμενης τῇ ἀνδρείᾳ. τὴν μὲν

²⁰ Αἰδέομαι] Sic rectius MS. quam prior Edit. quæ habet, ἀποθεύομαι.

²¹ Ἐν ἐκείνῃ πρῶτῃ.] Historia, huc pertinet; narratur supra, Num. 185.

²² Αἰσχυραῖς] Sic recte MS. pro ἀν-

γυαῖς. Αἰσχυρὴ autem hic est, exitus è portu; cum nempe nave soluta in altum provehimur.

²³ Ἢ ἵνα ἐπιβῇ διωθόμενης τῇ ἀνδρείᾳ] Est locus obscurus & corruptus:

ταῦτα, καθάπερ προῦπον. ὅτι
ποῦ ἐπὶ ἐλπίσιν αἰσθάνεσθαι, ἐφ'
ὅσον ²⁴ ἔωσαν ἰδιόζοντας ἐν αὐτοῖς
ὅσον συμπεπαιδευμένους. ὅτι δὲ
τῶ, μόνοις τοῖς Πυθαγορείοις τὴν
δεξιὰν ἐμβαλλεῖν, ἐπὶ τῷ ἢ μηδενὶ
τῶν αἰκείων, πλὴν τῶν γονέων, καὶ
τῶν τῶν ἐσθλῶν ἀλλήλων μὲν παρέχειν
κρίσεις, πρὸς ἐκείνους δὲ ἐξήλκον
κρίσεις, καλεώμενον. ἔφερον
οἱ συγγενεῖς. ἀρχόντων δὲ τέτταρ
τῶν ἀριστοκρατῶν, ἐπὶ μὲν οἱ λοιποὶ
πρὸς ἀπὸ τοῦ ἐκείνων. καὶ λα
ρόντων ἐξ αὐτῶν τῶν ἀρχόντων πᾶσι
καὶ Διοδώρῳ καὶ Θεάγῳ. ὡς τῶ
πάντες κρινόντων τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἐκ
κλησίας, καὶ ἀδόντων πρὸς ἐκείνους
ὅσον ἀρχόντων τοῖς ἐκ πάντων λα
χούσι. ὡς ἀπὸ τοῦ ἀρχόντων δὲ τῶν Πυθα
γορείων Ἀλκιμάχῳ καὶ Διμάχῳ καὶ
Μέτων ²⁵ καὶ Δημόκλειδῳ, καὶ
ἀφελόντων τῶν πατρῴων πολιτῶν

Meton, & Democedes, atque acceptam à majoribus Reip. formam

in quo vir doctus ad marginem codicis
Spanhemiani pro ἀδόντων rescribendum
cenfebatur, ἀδόντων: sed quo sensu? Felicius
Obrechtus, qui locum hunc sic legir,
ἔστιν ἰσοδύναμος οἱ διαδύναμις τῶν ἀδόντων.
Certe ἀδόντων ab imperitis librariis muta-
tum quoque fuit in ἀδόντων, apud Hesychium
v. Λυσιπποδῶν: ut patet vel ex
ipso Hesychio v. Ἐνδῆς; qui locus cum
priorē conferendus est. Quod autem ad
rem ipsam adinet; solebant navigaturi
præcipue ἀρσάνῃ, sive vocis & verbis
bene ominatis felicem a Diis reditum ex-

do dictum est, tantum communi-
ter omnibus doloris afferebant,
quantum utilitatis iis, qui seorsum
sub uno doctore profecerant. In-
primis autem ægre habebat cognatos
Pythagoreorum; quod cum
solis Pythagoreis dexteras jube-
bantur Pythagorei jungere; cum
nemine vero consanguineorum,
exceptis parentibus: item quod
communes inter se opes haberent;
exclusis ab hoc confortio cognatis;
perinde ac si peregrini essent.
Hi itaque rebus istis commoti,
seditionis initium fecerunt; reliqui
autem prompte in hostile odium
prolapsi sunt. Cumque ex iisdem
cognatis Hippasus, Diodorus, &
Theages contenderent, omnes promiscue
cives magistratuum comi-
tiorumque participes fieri, quique
magistratus gessissent, apud eos,
qui ex omni multitudine forte lecti
essent, rationem reddere debere:
contra autem niterentur à Pytha-
goreis. Alcimachus, Dimachus,

petere: idque eo diligentius, quo magis
navigatio aliqua erat periculosa, & mare
turbidum. Tale autem habebatur mare
Adrianum, sive Adria, ut vel ex Hora-
tio patet, qui nunc, Fretis acrior Adria;
nunc, Improbis iracundior Adria; & ali-
bi, Dux inquieti turbidus Adria, dixit.

²⁴ ἔωσαν] Cum Obrechtō lego, ἔστι-
μο: ab ἐνῃμι, junctio, profum.

²⁵ Καὶ ἀφελόντων τῶν πατρῴων πολιτῶν. καὶ ἀφελόντων τῶν πατρῴων πολιτῶν ἀφελόντων.

disturbari nollent; superiores tandem evasere, qui plebi patrocinebantur. Itaque convocata multitudinis concione, Cylon, & Ninon è rhetoribus; quorum alter opibus potens, alter popularis habebatur; divisus inter se orationibus, Pythagoreos accusarunt: ita ut ad Cylonis prolixam orationem Ninon perorarit: arcana enim Pythagoreorum se excussisse simulabat, atque ex iis, quæ in literas redacta servabat, ea potissimum arripuerat, quæ criminandis Pythagoreis maxime idonea videbantur: scribæque publico libellum legendum tradidit. Inscriptio ejus erat, *Sermo Sacer*: character operis iste: Amicos Deorum instar colendos; reliquos ut brutæ habendos esse: eandemque sententiam sub Pythagoræ nomini verbis inclusisse ejus sectatores, canentes:

Discipulos equidem matrabat honore Deorum;

At reliquos habuit illo numero locove.

Laudem cumprimis mereri Homerum, quod pastorem populi nominaverit. Cum enim dominationi

μὴ καταλύειν ἐκράτησαι οἱ τῷ πλήθι σωτηγορέντες. * Μετὰ δὲ 258
ταῦτα ²⁶ συνιέντων τῶν πολλῶν, διελουῖμοι πρὸς δημηγορίας, κατηγοροῦν αὐτῶν ἐκ τῶν ῥητῶν Κύλων ἐΝίνων. ἦν δὲ ὁ μὲν ἐκ τῶν εὐπρόνων; ὁ δὲ ἐκ τῶν δημοτικῶν. τοῦτων δὲ λόγων μακροτέρων ὡς αὐτὸς τῶν Κύλων ῥηθέντων, ἐπὶ γὰρ ἔπειτα, προσωπόμενον μὲν ἐξηπαύειν τὰ τῶν Πυθαγορείων δοκίμια, πεπλακῆς ἢ καὶ γεγραφῶς ἐξ ὧν μάλισται αὐτὰς ἡμέλει διαβάλλειν; καὶ δὲ τῷ γραμματεῖ βιβλίον ἐκέλευσεν ἀναγινώσκειν. * Ἦν ἡ αὐτῷ 259
ὑπὸ γραφῇ μὲν, λόγον ἱερῶς. ὁ ἢ τύπον τοιούτων τῶν γεγραμμένων. Τὰς φίλας, ὡς περ οὗτοί γε οὐ σέβεισθαι. οὗτοί γε ἄλλας ὡς περ τὰ θεῖα χαρῶσθαι. τὴν αὐτῇ καὶ τῇ γνώμῃ ὑπὲρ Πυθαγόρα μεμνημένους ἐν μέτρῳ οὗτοί γε μαθητὰς λέγειν.

Τὰς μὲν ἐπαίρας ἦν ἴσον μακάρεσσι θεοῖσι.

Τὰς δὲ ἄλλας ἡγείτ' ἔτ' ἐν λόγῳ, ἔτ' ἐν ἀρεθμῷ.

* Τὸν Ὀμηρον μάλισται ἐπαινεῖν, ἐν 260
οἷς εἶρηκε, ποιμένα λαῶν. ἐμφανίσκειν γὰρ βουλήματα οὗτοί γε ἄλλας

²⁶ Συνιέντων τῶν πολλῶν.] In prior Edit. locus hic corrupte sic legitur, συνιέντων τῶν πολλῶν, διελουῖμοι πρὸς δημηγορίας, κατηγοροῦνται αὐτῶν, &c. Confer Cl. Dod-

wellum in Exercitat. de Pythagore etate, pag. 212. qui locum hunc ita, ut cum hic exhibemus, recte etiam emendavit.

ὄντας, ἐλιχαρχοὺν ὄντα. ²⁷ Τοῖς ἀρχαίοις πολεμῶν, ὡς δὲ χορηγοῖς χοροῖσι ἔκκλητον, καὶ ἔκκαθιστάναι τὸς λαχόντας ἐπὶ τοῖς Πημελείαις.

²⁷ Τοῖς ἀρχαίοις πολ.] Scribe, τοῖς κυάμοις, i. e. fabis. Fabis enim Græci olim in sortitionibus uri solebant; ut ex Grammaticis constat. Vide Suidam & Hesychium, v. Διάφρακτον, v. Κυάμου, & v. Κυάμου ὁράξ. Huc etiam facit locus ille Nonni in Gregor. Naz. Stelis. pag. 132. Οἱ Πυθαγόρειοι δὲ ἀνιγμωτοὶ τὰ τῆς φιλοσοφίας ἐκφάντο δόγματά. περιδίδου δὲ μὴ ἄλλων καὶ τῶν τοῦ ἀνιγμωτοῦ. Κυάμοις μὴ ἰδοῖν. τυτίει, μὴ προσδίδοντας τὸ διηρητοῖς διαδοκίματον χρεῖμασι. οἱ γὰρ Ἀθηναῖοις πάλαι δικαστὴν ἀπὸ ψέφου κυάμοις ἐχρῶντο αὐτοῖς κρατῆρας ἐν τοῖς δικαστηρίοις. Pythagorei per enigmata discabant Philosophiæ dogmata. Tradebatur vero inter alia & hoc enigma: Fabas non edere. Id est, ad jus prodendum non oportere nos corrumpi pecunia. Olim enim iudices Atheniensium loco calculorum utebantur fabis ad condemnandum in judiciis. Item illud Plutarchi in Tractatu de Liber. Educ. p. m. 12. Κυάμοις ἀπὶ χορῶν. ὅτι ἡ δὲ πολυτελείᾳ. κυάμουται γὰρ οὗτοι ἱεροῖς ὁδοῖν καὶ ψευδοφασίας, δι' ἃν πῖρας ἐπιτίθεται τοῖς χοροῖς. Fabis abstinendum. [Per id Pythagorei significabant] abstinendum esse Republica. Olim enim suffragia per fabas ferrebantur in creandis magistratibus. Sed de sensu Symboli hujus non assentior Plutarcho. Plurimi enim Pythagoreorum olim Rempubl. tractarunt: imo præcipui ex veteribus Legislatoribus in Magna Græcia Pythagorei fuisse leguntur: tantum abest, ut Republica prorsus abstinendum esse censuerint. Electionem tantum magistratuum, quæ fiebat per fabas, sive per sortem, improabant; quippe indignos sæpe hæc ratione Reip. præfici censentes. Iudicio ergo eligi volebant, quibus administratio Reip. committeretur. Egregie

paucorum faveret, hoc ipso reliquos in pecorum censum redegeisset. Cum fabis bellum gerendum esse; tanquam sortitionis patronis: quia per illas Reip. administrationem sortientes consequuntur.

hoc docet Anonymus Pythagoreus (cum aliis Opusculis Mythologicis & Ethicis editis a Thom. Galeo) Dissert. v. pag. 728. Λέγουσι δὲ τοῖς τῶν δημοκρατῶν, ὡς καὶ τοῖς χοροῖς δὲ κλήρον τοῖς χοροῖς, ἡβίβληται τοῖς τοῖς τοῖς χοροῖς. &c. At quidam oratores populares ajunt, oportere Magistratus sorte creari; non recte quidem sentientes. Et pag. seq. Λέγουσι δὲ, ἀρχαῖοι ἡμῖν καὶ δημοκρατοῖς. καὶ τοῖς ἡμῖν καὶ τοῖς τοῖς χοροῖς. ἐπὶ γὰρ οἱ τοῖς τοῖς χοροῖς καὶ τοῖς χοροῖς, οἱ αὐτοὶ τῆς οἱ ΚΥΑΜΟΣ, ἀπολύνει τὸ δόγμα. ἀλλὰ καὶ τὸ δόγμα αὐτῶν ὁρῶνται αἰρετοῖς πάντας τοὺς τοῖς αὐτοῖς, &c. At rem bonam & popularem esse clamitant: (scil. sorte magistratus creari) Sed ipse minime popularem credo. Nam sunt quidam in civitatibus, populo inimici: in quos si FABAM incidit, plebem perdet. Enimvero oportet ut populus ipse prospiciens, sibi benevolos omnes eligat, &c. Cæterum, cum Pythagoreis olim sensit Socrates, quippe cui (teste Xenophonte, lib. 1. Ἀπομνημον.) inter alia crimina obiectum fuit, quod dixisset, ὡς μωρὸν εἶναι τοῖς μὲν τοῖς πῶτος ἀρχοντας δὲ ΚΥΑΜΟΥ χοροῖς, κυβερνῆται δὲ μηδὲν ἡλεῖν περὶ χοροῖς ΚΥΑΜΕΥΤΩ, μηδὲ πικρὸν, μηδὲ αὐλητὴν, &c. Stultorum esse, magistratus civitatis per FABAM constituere; gubernatore autem per fabam electo neminem velle uti, neque fabro, neque tibicine, &c. Hinc satis apparet, quis sit verus loci hujus apud Jamblichum sensus: neque ullo modo dubitandum est, quin pro ἀρχαίοις, quod Arcerius bona fide, sed nullo sensu caelibibus verterat, scribendum sit κυάμοις. Addo, τὸ πολεμῶν τοῖς κυάμοις eodem modo hic dictum esse apud Jamblichum, quo apud Plutarchum in Apoptegm. pag. 192. C. τοῖς πολυτέλεις ἐπολέμει; &c

Tyrannidem appetendam esse: inter hortamenta enim sua illos asserere; præstare, unum diem tantum, quam per totam vitam bovem esse. Laudanda quidem aliorum instituta; suis vero placitis omnino inhærendum. Præterea Ninon philosophiam illorum, conspirationem quandam esse contra plebem pronuntiabat; ideoque monebat, ut ne vocem quidem consulentium audirent; sed potius ad animum revocarent, quod in concionem venturi nunquam fuissent; si Pythagorei mille virorum confessui consilium suum approbassent: propterea æquum non esse, ut illis dicendi potestas concedatur, qui pro virili sua, alios, ne audirentur, prohibuissent: quin itaque potius dextram à Pythagoreis rejectam, iisdem infestam haberent, cum suffragia manus extensione laturi, aut calculos datos missuri essent: denique turpe existimarent, se triginta myriadam apud flumen Tetraenta victores, à millelima illorum parte, in ipsa urbe per factionem opprimi. Ut paucis absolvam, adeo auditores calumniis suis efferatos reddidit, ut paucis

Τυραννίδα ἐπὶ ὀρέμεται. ὡς ἔχεται
λαβὼν, κρείττον ἐν αὐτῇ φάσκει ἡμῖν
ὅτι μίαν ἡμέραν παύροι. ἢ πάντας
τὸν αἰῶνα βίειν. ἐπαινέειν πρὸς τὴν ἀλλοτρίαν
νόμιμα. κελδεῖν δὲ χρῆσθαι τοῖς
ὑπὸ αὐτῶν ἐγνωσμένοις. κατὰ πᾶσιν
τὴν φιλοσοφίαν αὐτῶν συνωμοσίαν
ἀπέφαινε καὶ τὴν πολλῶν, καὶ παρεκα-
λεῖται μὴ δὲ τὸ φωνεῖν ἀνέχουσαν συμ-
βουλιδόντων, ἀλλὰ ἐν θυμῷ αὐτῶν, διό-
τι τοιαυτὰ πᾶσι καὶ ἂν συνηλθόντες
πρὸς ἐκκλήσιν, εἰ αὖτ' ἡλιθίως
ἐπιστομὴν ὁκένοιο κυρώσῃ τὴν συμβου-
λίαν, ὥστε τοῖς καὶ τὸ ἐκείνων διώ-
μιν κεκωλυμένοις τὴν ἀλλοτρίαν ἀκούειν,
καὶ προσήκει εἰς αὐτὰς λέγειν, ἀλλὰ
πρὸς δεξιὰν τὴν ὑπὸ αὐτῶν δοσδοκα-
μασθῆναι πολέμιαν ὁκένοιοις ἔχειν,
ὅταν πᾶς γνώμας χειροτηνῶσιν, ἢ
πρὸς ψήφον λαβώσιν. αἰσχρὸν εἶναι
νομίζοντας, καὶ τὰς τετραέκοντα μυ-
ριάδων πρὸς τὸν τετραέκοντα πε-
ταμὸν περιγνομήτους, ὑπὸ τῇ χι-
λίοσιν μέρει ὁκένων ἐν αὐτῇ τῇ πό-
λει φανύσθαι κατεσκευασμένους.
* Τὸ δὲ ὅλον ἔγωγε τῇ διὰ βολῆς αὐτῶν 161
ἀκούοντας ἐξηγέω, ὥστε μετ'

apud eundem in *Quest. Roman.* pag. 285.
καὶ δὲ πάντων μάλιστα τὴν ζῶσαν ἐπολιέμεσι;
ἐκ δὲ *Orac. Pyth.* pag. 401. τὴν μὲν πολι-
μίαν. Illis enim omnibus in locis τὸ πολι-
μῖαν simpliciter significat, inimicum esse,
vel odio prosequi, vel aversari; uti &
hoc loco apud Jamblichum.

" Τὴν τετραέκοντα μυρ.] Intelligit victo-

riam, quam Crotoniatæ a Sybaritis repor-
tarunt; cujus etiam meminerant Diodo-
rus & Strabo.

" Τὸν τετραέκοντα περ.] Eruditissimus
Bentlejus in *Dissertat. de Phalar.* *Epist.*
pag. 72. τὴν τετραέκοντα hic scribendum esse
mōnet. Sic enim fluvium illum vocat
Diodorus, pag. 85.

ἐλθόντας ἡμέρας μέγιστα θύοντες
αὐτῶν ἐν οἰκίᾳ ὡρᾷ τῇ Πύθιον,
ἀφ' ὧν ἀνδραμόντης οἶσε ἦσαν ἢ
Πύθισιν ἐν αὐτῇ ποιήσας. οἱ ἢ
περὶ αὐτοὺς οἰκιστῶν. οἱ μὲν, οἱς πανδο-
χῆν ἐφυγον. Δημοκλῆς ἢ μετὰ τῇ
ἐφ' ὧν οἱς Πλατίας ἀπὸ χώρου.
οἱ δὲ καταλύσαντες οὖν νόμους
ἐξεῖναι ψηφίσματα, ἐν οἷς κα-
ταλύσαντες Δημοκλῆδιν συνέστα-
κέναι τὰς νεώτερας Πηλ-τυραννίδι,
τρία τάλαντα στήρυξαι δάσιν,
ἐὰν τις αὐτὸν ἀνέλοι. καὶ δημοκλῆς
μύθους, 32. κρατήσαντες αὐτῶν ἢ
κινδύων (καὶ) Θεάγας, ἐκείνῳ τῇ
τρία τάλαντα ὡρᾷ τῇ Πύθιος ἐμί-
262. 2. 2. Πολλῶν ἢ κακῶν κατὰ τῇ
πύθιον καὶ τῇ χώρῃ ὄντων, ἐς πύ-
θιον περὶ Πύθιον τῇ Φυράδων, καὶ
τῇ πύθιον τῇ Πύθιος ὡρᾷ
Πύθιος, Τάρανθις, Μεταπυθί-
νις, Εὐλωνιάταις, ἰδοὺ τις
ἐκ περὶ Πύθιον Πηλ τῇ γράμμιον δρυ-
ρίον λαβόντες, οἱς ἐν πύθιον τῇ Κρο-
τονιάτων (καὶ) Πύθιος ἀναγί-
γναι, Φύθιον τὰς αἰτίους.
περὶ Πύθιον τῇ τῇ Κροτῇ
αὐτῶν ἀπὸ Πύθιον, τὰς πύθιον κατὰ
δρυκερῶν τῶν καὶ σινεφυράδων
αὐτῶν τῇ γράμμιον, ἐκ Φάσποντες δειν

diebus elapsis, Pythagoreos in do-
mo quadam, prope Apollinis Py-
thii ædem, Musarum festum cele-
brantes, facto ingenti hominum
concurſu, adoriri voluerint. Illi
verò, re prius animadversa, ad
publicum hospitium confugerunt;
Democedes autem cum ephebis
Plateas se recepit. Sed qui leges
abrogaverant, decreta fecerunt,
quibus Democedem arguerunt,
quod juvenum manum ad occu-
pandam tyrannidem coegisset; &
tria talenta interfectori ejus, per
præconem præmium pronuntiave-
runt: cumque commisso prælio
Theages illum in ipso pugne discrimi-
nè vicisset; promissam à civita-
te pecuniam cum illo partiti sunt.
Dein multis malis urbi regionique
incumbentibus, exules in judicium
vocati sunt, & tribus civitatibus,
Tarentinis nimirum, Metapontinis
& Cauloniatis arbitrium permis-
sum est: à quibus missi ad causam
cognoscendam, pecunia se corrum-
pi passi sunt; ut in publicis Croto-
niatarum actis annotatum est: ita-
que sententia sua reos exilio mul-
taverunt: hacque occasione usi,
qui causa superiores evaserant, eos
omnes urbe expulerunt, quibus præ-
sens rerum status displicebat: quin
& totas illorum familias ejecerunt;

* Κρατήσαντες αὐτῶν τῇ κινδ. ἢ. Locus
mihî videtur turbatus, quem sic lego,
κρατήσαντες αὐτῶν τῇ (vel. κατὰ) τῇ κιν-
δύνι Θεάγας. Hanc lectionem etiam O-

brechtus in versione sua expressit.

Περὶ Πύθιον. Ex MS. pro corrupto
πύθιον: quod Areerius in πύθιον mu-
tandum censebat.

dicentes, non oportere liberos à parentibus divelli. Novas insuper tabulas, & agrorum divisionem introduxerunt. Post hæc, multis annis interjectis, cum Dinarchus in alio prælio cum suis cæsus, & Lithagus quoque, seditioforum antesignanus extinctus esset; misericordia pariter, & pœnitentia cives subiit, ut reliquos Pythagoreos in patriam revocandos esse censerent: ideoque ex Achaja Legatos petierunt, eorumque opera cum exulibus in concordiam redierunt, & juramenta Delphis consecraverunt. Fuerunt autem reduces numero admodum sexaginta; exceptis qui ætate decrepiti erant; inter quos reperiebantur, qui Medicinæ operam navabant, ægrotosque certa victus ratione curabant; ea scilicet methodo, cujus ipsi primi auctores fuerant. Accidit autem denique, omnibus eandem patriam reddi: idque per eos præcipue, qui sanitati restituti fuerant; quique apud vulgus bene audiebant; eo tempore, quo improbis occinebatur: *Non est hic, qui fuit sub Ninone status.* Postea Thuriis hostiliter regionem invadentibus, Pythagorei ad suppetias ferendas

ἀπελθὼν³², ἐδὲ τὰς παῖδας ἀπὸ τῶν γονέων ἀφαιρῶν. καὶ πᾶσι τοῖς ἀπὸ τῆς ἀπείκῃς, καὶ τῇ γλῶσσει ἀνάδασεν ἐπιήσαν. * Ἐπιμαχομένων δὲ πολλῶν ἐτῶν, καὶ τῷ περὶ τὸ Δείναρχον ἐν ἐτέρῳ κινδυνῷ πελάγησαντων, ἀποθνήσκοντι καὶ³³ Λιπάγους, ὅσπερ ἦν ἡγεμονικώτατος τῶν στρατιωτῶν, ἑλθὼς πρὸς τὴν μετὰ τοιαύτῃς ἐπέσει, καὶ τὰς ἀρχαίων ἀντιτάξας αὐτῶν ἡβηλίστην κατέγειν. μεταπειρημένοι δὲ πρὸς τὸν ἐξ Ἀχαιῶν, οἱ ἐκείνων πρὸς τὰς ἐκπεπληγμένας διεληθῆσαν, καὶ τὰς ὅρκους εἰς Δελφὺς ἀνέδηκαν. * Ἦσαν δὲ τῶν Πυθαγορείων καὶ περὶ ἐξήκοντα πικροχρόνιοι, οἱ κατὰ τὴν ἀνδρείαν, οἱ κατὰ τὴν ἰατρικὴν πνέες κατὰ τὴν ἡλικίαν, καὶ ἀσθενῶν τὰς ἀρρώστιας ὄντας θεραπεύοντες, ἡγεμόνες κατὰ τὴν τοῦ εἰρημότητος μεθόδον. συνέβη δὲ καὶ τὰς σωζόμενους ἀφαιρόντως ὡς πρὸς πολλοῖς εὐδοκίμουντας³⁴ καὶ τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ λεγομένων πρὸς τὰς ἀρχαίων ἀντιτάξας, οὐ πᾶσι ἐστὶν ὅτι Νίνων. Γενέσθαι φασὶ πάντων τὸ πᾶν καὶ τὰ ἐμβαλόντων τῶν θηρίων καὶ χύμας, ἐκβαλόντας καὶ μετὰ

³² Ἀπολθὼν] In priore Edit. vox ista deest, quam ex MS. revocavi.

³³ Λιπάγους] An forte Λιπάρους; cujus paulo ante facta fuit mentio.

³⁴ Εὐδοκίμουντας] Propter ἀρετὴν orationis scribe, εὐδοκίμων. Pendet enim a præcedenti συνέβη. Deinde ea, quæ

sequuntur, sunt calx absque arena, quæ proinde sic lego, ἐν ᾧ τὸ λεγόμενον ἐν πρὸς τὰς ἀρχαίων ἀντιτάξας, οὐ πᾶσι ἐστὶν ὅτι Νίνων. Φασὶ δὲ τὸ τῶν ἐμβαλόντων τῶν θηρίων καὶ τῶν χύμας, ἐκβαλόντας, δεξ. Θυρίων certe pro θηρίων scribendum esse, nemini, puto, dubium erit.

ἀλλήλων κινδυνεύοντας ὁπθα-
νείν. τὴν δὲ πόλιν ἕτως εἰς τέσσαρσι
μεταπίσειν, ὥςτε χωρὶς τῶν ἐπαίων,
ὧν ἐπιῆντο περὶ τῶν ἀνδρῶν, ὑπο-
λαβεῖν μᾶλλον ταῖς μέσσις κεχα-
ρισμένῳ, ἢ ἴσθαι τὸ ἱερὸν, καὶ
τὰ Μουσίων τὴν δημοσίαν ἐπιῆντο
θύσας, καθ' αὐτὰς ἐκείνας πρό-
προν ἰδρυμένῳ τὰς θιάς ἐτήμων.
ὅθεν μὲν ἐν τῇ κατὰ Πυθαγορείων
ἡμετέρας ὁπθίστως πᾶσι εἰ-
ρηδία.

Κ Ε Φ. λς'.

265 **Δ**ιάδοχος δὲ πρὸς πάντων ὁμο-
λογεῖται Πυθαγόρα γεγονέναι,
Ἀριστοῦ Δαμοφώντου, Κροτω-
νιάτης, κατ' αὐτὸν τὸ Πυθαγόραν
ταῖς χρόνις ἡμέραις, ἐπὶ ἡμεῖς
ἐγγιστὰ πρὸς Πλάτων. καὶ ἔ-
μῳ τὸ χολῆς, ἀλλὰ ἔ-
της παιδο-
τροφίας καὶ τῶν Θεανῶν γάμος κα-
τηξιάδη, ἡ δὲ πᾶσι ἐξαιρέτως πε-
κεκρατηκέναι τὸ δογματῶν. αὐτὸν
μὲν γὰρ Πυθαγόραν ἀφηγήσασθαι
λέγει, ἐνὸς δέοντος, ἐπὶ ποτα-
μῶν, τὰ πάντα βιώσαντα ἐπὶ
ἐγγὺς τῶν ἑκατὼν. ὡς δὲ εἶναι δὲ
Ἀριστοῦ τὸ χολῆς, πρὸς ὑπὸν
ὄντι. μετ' ὃν ἡγήσασθαι Μνήσαρ-

ἢ ἴσθαι τὸ ἱερὸν, καὶ τὰ Μουσίων
τὴν δημ.] Et hæc mutila sunt & obscu-
ra, quæ sic in integrum restituo, ἴσθαι
τὸ ἱερὸν, ἢ καὶ τὰ Μουσίων τὴν δημοσίαν

egressi, in prælio omnes una oc-
cubuerunt. Civitas autem adeo
animum mutavit, ut præter laudes,
quibus Viros illos prosequeretur,
decreverit, publicum sacrificium
peragendum esse in æde Musarum,
quam olim ex ipsorummet Pytha-
goræorum præscripto, in honorem
Dearum Crotoniæ extruxerant:
sic enim festum Musis gratius fore
existimabatur. Atque hæc de infi-
diis quæ Pythagoreis structæ sunt,
dicta sufficiant.

C A P. XXXVI.

Successor Pythagoræ communi-
ter ab omnibus agnoscitur Ari-
stæus, Damophontis filius, Cro-
toniates; qui Pythagoræ coævus,
septem ætatibus Platonem ante-
cessit. Neque scholæ tantum suc-
cessione, verum etiam liberorum
educatione, Theanusque nuptiis
dignatus est; quia dogmatum
cognitione inter paucos eminebat.
Et ipse quidem Pythagoras, ad an-
num prope centesimum usque in
viviis; annis autem undequadra-
ginta scholæ præfuit; & Aristæum
senio jam provectum, successorem
reliquit. Illum excepit Mnesar-

παιωνία θύσας, ἢ κατ' αὐτὰς ἐκείνας πρό-
προν, &c. Sic omnia erunt clara.

Διὰ τὴν ἐξαιρέτως περικειμένην.
Διὰ τὴν ἐξαιρέτως περικειμένην.

chus Pythagoræ F. hunc Bulagoras; sub quo Crotoniatarum urbs direpta est. Ei successit Tydas Crotone oriundus, atque à peregrinatione, quam ante bellum susceperat, domum reversus: sed hic propter patriæ calamitatem, vitæ pertæsus, ante diem præ mœnore obiit. Reliquis autem moris erat, ut admodum senes, è corpore, tanquam è carcere discederent. Post aliquod tempus Arellas Lucanus, per quosdam hospites incolumis servatus, scholæ regimen suscepit. Ad eum venit Diodorus Aspendius; qui ob paucitatem genuinorum Pythagoreorum receptus est. Heracleæ autem superstites tum adhuc erant Clinias & Philolaus; Metaponti Theorides & Eurytus; Tarenti Archytas. Refertur autem inter extraneos auditores etiam Epicharmus: Non enim è genuina Virorum familia erat. Hic Syracusas profectus; propter tyrannidem Hieronis, à publica philosophiæ professione abstinuit; metro autem sententias Virorum il-

Φανερῶς Φιλοσοφῆν ἀποχέει. εἰς μέτρον δὲ ὁρῆται τὰς Διαγίγας

χοι· τὸν Πυθαγόρου. τὰ τὸν Ἰ. Βυ-
λαγόρα ὡς ἀδελφῆν· ἐφ' ᾧ διαρρη-
διῶμαι συνίδη τὸ Κροτωνιάτων πό-
λιν. μεθ' ἣν ἰαί Τύδαο τὸ Κρο-
τωνιάτῳ Διάδοχον ἡγήσας, ἐπα-
νελθόντα ἐκ τῆς διαποδημίας, ὃν
ἐπιστάτω πρὸς τὸν πόλεμον. Διὰ μὲν
τοῦ τὸν συμφορὰν τὸν πατρὸς ὁρῶ-
ντος ἡγήσας τὰ τὸν, ὡς ὑπὸ λυ-
πῆς περὶ αὐτοῦ τὸ βίον. * Τοῖς δὲ 266
ἄλλοις ἐφ' οὗτοι εἶναι γήρατος ἐσφοδρῶν
ἡγομένων, ὥστε ἐκ δεσμῶν τὰ
σώματα ἀπαλλάττειν. χρεὼν
μέντοι ὕστερον Ἀρίστου ἐκ τῶν Λό-
κων σωθῆναι διὰ πῶτον ξένου,
ἀφηγήσασθαι τῆς σχολῆς· πρὸς αὐ-
τὸν ἀφικέσθαι· Διόδωρον τὸν Ἀσπενδιον,
ὃν ὡς ἀδεχθῆναι διὰ τὸ πᾶν τὸ
ἐν τῷ συστήματι ἀνδρῶν. πρὸ μὲν
Ἡράκλειου, Κλεάνου, καὶ Φιλό-
λαου· ἐν Μεταποντίῳ δὲ, Θεωρί-
δου, καὶ Εὐρυτῶν· ἐν Τάραντι δὲ
Ἀρχύτου· τῶν δὲ ἑξῶθεν ἀκροα-
τῶν ἡγήσας ἔστιν Ἐπίχαρμον· ἀλλ'
ὅτι ἐκ τῶν συστημάτων τῶν ἀνδρῶν.
ἀφικέμενον ἢ εἰς Συρακῆς, διὰ
τὸν Γέροντα τυραννίδα, τὰ μὲν

* Τὸν Πυθαγόρου] Antea male, τὸν Πυ-
θαγόρον.

Ἰαί Τύδαο] Una voce scribendum
puto, Γαρτύδαο, vel Γαρτύδαο, vel simi-
le quid. Confer Cl. Richard. Bentlej. in
Dissertat. de Phalar. Epist. pag. 83. Cla-
riss. Fabricius in Biblioth. Græca, Lib. 11.
pag. 507. legit, Τύδαο.

* Ἐν ἀδελφῇ] Ex vox insolens. Qua-
re non dubitem rescribere, ὃν ἀδελφῆν·
quæ etiam est conjectura viri docti ad
marginem codicis Spanhemiani.

Ἰαί Τύδαο τὸν Ἀσπενδιον.] Vide Rich. Bent-
lej. in Dissert. de Phalar. Epist. pag. 85.

Ἐν εἴτῳ] Ex MS. pro ἐν τῷ.

τῶν ἀνδρῶν, μετὰ παιδιᾶς κρύφα
ὀκφερόντα τὰ Πυθαγόρου δόγματα.

267 * Τῶν ἡ συμπάντων Πυθαγορείων,
ὧν μὲν ἀγνώστis τι εἰς ἀναγόμενς
πῶς πολλὰ εἶκας γεγονέναι. τῶν
γινωσκόμενων ἐστὶ τῶδε τὰ ὀνόματα.
ΚΡΟΤΩΝΙΣΤΑΙ, Ἰπποστρά-
τος, Δύμας, Αἶγων, Αἰμών,
Σίλιος, Κλεοθένης, Ἀγέλας,
Ἐπίσολος, Φυικιάδας, Ἐκφάν-
τος, Τίμαιος, Βούθιος, Ἐρα-
τος, Ἰτμάιος, Ῥοδῖππος,
Βρύας, Εὐάνδρος, ⁸ Μυλίας,
Ἀντιμέδων, Ἀγέας, Λεόφρων,
Ἀγολος, Ὀνάτος, Ἰπασιδί-
νης, Κλεόφρων, Ἀλκμαίων, Δα-
μουκλῆς, Μίλων, Μίρων. ΜΕ-
ΤΑΠΟΝΤΙΝΟΙ, Βροντίος,
⁹ Παρμίσκος, ¹⁰ Ἀρεσιδάς,
Λέων, Δαμαρέμδος, Αἰνέας,
Χιλάς, Μελισσίας, Ἀρεστίας, Λα-
φών, Εὐάνδρος, Ἀγησιδάμης,
Ξενοκάδης, ¹¹ Εὐρύφηνος, Ἀρ-
σινίδης, Ἀγησιάρχος, Ἀλκίας,
Ξενοφάντης, Θερασός, Ἄρυτος,
Ἐπίφρων, Εἰρίσκος, Μεγιστίας,
Λεωκυδής, Θερασυμῆδης, Εὐφί-
μος, Προχλός, Ἀντιμῆδης,
Δάκρυτος, Δαμοπάγης, Πύρρων, Ῥηξίβιος, Ἀλώπηκος, Ἀσύλος,

lorum complexus est; atque adeo
ludendo, dogmata Pythagoræ oc-
cultata, edidit. Cæterum ex uni-
versa Pythagoreorum Secta veri-
simile est ignotos, & sine nomine
comphures fuisse: qui vero cele-
bres extiterunt, eorum sequentia
recensentur nomina: C R O T O-
N I A T Æ, Hippostratus, Dymas,
Ægon, Æmon, Silius, Cleosthe-
nes, Agelas, Episylus, Phyciadas,
Echphantus, Timæus, Buthius, Era-
tus, Itmæus, Rhodippus, Bryas,
Evandrus, Mylias, Antimedon,
Ageas, Leophron, Agylus, Ona-
tus, Hipposthenes, Cleophron,
Alcmæon, Damocles, Milon, Me-
non. ΜΕΤΑΠΟΝΤΙΝΙ, Bron-
tinus, Parmiscus, Orestadas,
Leon, Damarmenus, Æneas,
Chilas, Melisias, Aristas, La-
phion, Evandrus, Agesidamus,
Xenocades, Euryphemus, Ari-
stomenes, Agesarchus, Alceas,
Xenophantes, Thraseus, Arytus,
Epiphron, Eiriscus, Megistias,
Leocydes, Thrasymedes, Eu-
phemus, Procles, Antimenes,
Lacritus, Damotages, Pyrrho,
Rhexibius, Alopecus, Astylus,

⁷ Ἰτμάιος] Ex MS. pro Ἰτμαῖος.

⁸ Μυλίας] Potius, Μυλίας. Vide su-
pra, Num. 192.

⁹ Παρμίσκος] Hunc Athenæus & Lacr-
tius Παρμίσκος vocant. Vide Menag. ad
Lacr. 12. 20.

¹⁰ Ἀρεσιδάς] Potius, Ὀρεσιδάς, ut
habet Lacrtius VIII. 20.

¹¹ Εὐρύφηνος] De hoc vide supra,
Num. 185. ubi Εὐρύφηνος vocatur: Do-
rice nimirum.

Dacidas, Aliochus, Lacrates, Glycinus. AGRIGENTINUS, Empedocles. ELEATES, Parmenides. TARENTINI, Philolaus, Eurytus, Archytas, Theodorus, Aristippus, Lycon, Hestias, Polemarchus, Asteas, Clinias, Cleon, Eurymedon, Arceas, Clinagoras, Archippus, Zopyrus, Euthynus, Dicæarchus, Philonidas, Phrontidas, Lysis, Lyfibius, Dinocrates, Echecrates, Paction, Acusiladas, Icmus, Pisicrates, Clearatus. LEONTINI, Phrynichus, Smichias, Aristoclidus, Clinias, Abroteles, Pisyrthydus, Bryas, Evandrus, Archemachus, Mimnomachus, Achmonidas, Ducas, Carophantidas. SYBARITÆ, Metopus, Hippasus, Proxenus, Evanor, Deanax, Menestor, Diocles, Empedus, Timasius, Polemæus, Evæus, Tyrfenus. CARTHAGINIENSES, Miltiades, Anthen, Odius, Leocritus. PARI, Ætius, Phæneclus, Dexitheus, Alcimachus, Dinarchus, Meton, Timæus, Timesianax, Amœrus, Eumaridas. LOCRI, Gytthus, Xenon, Philodamus, Evetes, Adicus, Sthenonidas,

Τίμαιος, Τιμησιάνναξ, Ἀμοίρος, ¹² Εἰμαριδίας, ΔΟΚΡΟΪ, Γύπτι ¹³, Ξένων, Φιλόδαμ ¹⁴, Εὐέτης, Ἀδικ ¹⁵, Σθενωνίδας,

Δακύνδας, Ἀλίοχ ¹⁶, Λακράτης, Γλυκύν ¹⁷. ΑΓΡΑΓΑΝΤΙΓ-
ΝΟΣ, Εμπεδοκλῆς. ΕΛΕΑ-
ΤΗΣ, Παρμενίδης. ΤΑΡΑΝ-
ΤΙΓΝΟΙ, φιλόλα ¹⁸, Εὐρυτ ¹⁹,
Ἀρχύτας, Θεόδωρ ²⁰, Ἀρίστιπ-
πος, Λύκων, Ἐστιαῖος, Πολέμαρ-
χ ²¹, Ἀστίας, Κλεινίας, Κλείων,
Εὐρυμέδων, Ἀρκίας, Κλεναγό-
ρας, Ἀρχιπ ²², Ζώπυρ ²³, Εὐ-
φω ²⁴, Δικαίαρχ ²⁵, Φιλωνί-
δης, Φροντίδας, Λύσις, Λυσί-
βι ²⁶, Δανοκράτης, Ἐχαικράτης,
Πάκλιων, Ἀκυσιλάδας, Ἴκκ ²⁷,
Παισικράτης, Κλειάρατ ²⁸, Λιον-
τάς, Φρωώνιχ ²⁹, Σμυχσίας, Ἀρ-
στοκλίδας, Κλεινίας, Ἀἰρεσιπλῆς,
Πισύρρυδ ³⁰, Βρύας, Εὐανδρ ³¹,
Ἀρχέμαχ ³², Μιμνόμεαχ ³³,
Ἀχμονίδας, Σίκας, Καροφαντί-
δας. ΣΥΒΑΡΕΪΤΑΙ, Μέπ-
πης, Ἰππασ ³⁴, Πρόξεν ³⁵, Εὐά-
νωρ, Δεάνναξ, Μενέτωρ, Διοκλῆς,
Ἐμπεδος, Τιμάστος, Πολεμαῖος,
Εὐαι ³⁶, Τυρσώνιος. ΚΑΡΧΗ-
ΔΟΝΙΟΙ, Μιλτιάδης, Ἀθήνη,
Οἰδίας, Λεόκρετος. ΠΑΡΙΟΙ,
Αἰήπ ³⁷, Φαινεκλῆς, Δεξιίπ ³⁸,
Ἀλκίμαχος, Δεάναρχος, Μέτων,

¹⁴ Εὐμαριδίας] Reinesius Var. Lect. pag. 344. legendum cenfer, Θυμαριδίας. Certe, Thymaridas Pythagoricus fuit mi-

nime obscurus; quem mirarer a Jamblichō prætermisum esse.

¹⁵ Γύπτι] Obrechtus, Γύτλ ³⁹.

Σωσίφρατ[Ⓢ], Εὐθύνης, Ζάλευ-
κ[Ⓢ], ¹⁴ Τιμάρης. ΠΩΣΕΙΔΩ-
ΝΙΑΤΑΙ, Ἀθύμας, Σίμ[Ⓢ],
Πρόξεν[Ⓢ], Κράνω[Ⓢ], Μύης,
Βαθύλα[Ⓢ], Φαίδων. ΛΕΥΚΑ-
ΝΟΙ, ¹⁵ Ὀκελ[Ⓢ], ἢ ¹⁶ Ὀκυ-
λ[Ⓢ], ἀδελφοί, Ὀρέσανδρ[Ⓢ],
Κέραμβ[Ⓢ], Δαρδανώδης, Μαλίας.
Αἶγείοι, ¹⁷ Ἰππομέδων, Τι-
μοθένης, Εὐέλθων, Θεασύδα-
μ[Ⓢ], Κρίτων, Πολύκλωρ. ΛΑ-
ΚΩΝΕΣ, Αὐτοχαιρίδας, Κλεά-
νωρ, Εὐρυκράτης. ΥΠΕΡΒΟ-
ΡΕΙΟΣ, Ἀΐσαρς. ΡΗΓΙ-
ΝΟΙ, Ἀρσενίδης, Δημοθένης,
Ἀρσποκράτης, Φύπ[Ⓢ], Ἐλικάων,
Μησιόβελ[Ⓢ], Ἰππαρχίδης, Ἀθου-
σίων, Εὐθυκλῆς, Ὀψιμ[Ⓢ]. ΚΑ-
ΛΑΙΣ, ΣΕΛΙΝΟΥΝΤΙΟΣ.
ΣΥΡΑΚΟΤΉΣΙΟΙ, Λεπθίνης,
Φιντίας, Δάμων. ΣΑΜΙΟΙ,
Μέλιος[Ⓢ], Λάπων, Ἀρχιπ[Ⓢ],
Γλώρεπ[Ⓢ], Ἐλωρς, Ἰππών.
ΚΑΥΔΩΝΙΑΤΑΙ, Καλλιέρο-
τ[Ⓢ], Δίκων, Νάσας, Δρύμων,
Ξέντας. ΦΛΙΑΨΙΟΙ, Διοκλῆς,
Ἐχεκράτης, Πολύμενας[Ⓢ], Φάν-
των. ΣΙΚΥΩΝΙΟΙ, Πολιάδης, Δήμων,
Σωφράπ[Ⓢ], Σωθένης.
ΚΥΡΗΝΑῖΟΙ, Πρῶρ[Ⓢ], Μελάνιπ[Ⓢ], Ἀρσάγγελ[Ⓢ], Θεόδωρ[Ⓢ].

Sosistratus, Euthynus, Zaleucus,
Timares. POSIDONII, Atha-
mas, Simus, Proxenus, Cranous,
Myes, Bathylaus, Phædon. LU-
CANI, Ocellus & Ocyclus fratres,
Orefandrus, Cerambus, Darda-
neus, Malion. ÆGEI, Hippo-
medon, Timosthenes, Euelthon,
Thrasydamus, Crito, Polydor.
LACONES, Autocharidas, Clea-
nor, Eurycrates. HYPERBO-
REUS, Abaris. RHEGINEN-
SES, Aristides, Demosthenes,
Aristocrates, Phytius, Helicaon,
Mnesibulus, Hipparchides, Atho-
sion, Euthycles, Opimus. Calais,
SELINUNTIUS. SYRACU-
SANI, Leptines, Phintias, Da-
mon. SAMII, Melissus, Lacon,
Archippus, Glorippus, Heloris,
Hippon. CAULONIENSES,
Callibrotus, Dicon, Nastas, Dry-
mon, Xentas. PHLIASII, Dio-
cles, Echecrates, Polymnastus,
Phanton. SICYONII, Poliades,
Demon, Sosistratus, Sosthenes.
CYRENÆI, Prorus, Melanip-
pus, Aristangelus, Theodorus.

¹⁴ Τιμάρης] Hic supra, Num. 172.
vocat^{ur} Τιμάρφ[Ⓢ].

¹⁵ Ὀκελ[Ⓢ]] Porius Ὀκελλ[Ⓢ], per du-
plex λ. Hic est nimirum Ocellus ille,
cujus libellus περὶ τῶν πάντων φύσε[Ⓢ], ho-
die adhuc exstat. Vide Cl. Joann. Alb.
Fabricium, in *Biblioth. Gr. Lib. II.* pag.

496, 497.

¹⁶ Ὀκυλος] Alii, Ὀκελος, vel Ἐκ-
κελλος. Vide modo laudatum Joann. Alb.
Fabr. pag. 489.

¹⁷ Ἰππομέδων] Hujus etiam mentio fit
supra, Num. 87.

CYZICENI, Pythodorus, Hippothenes, Butherus, Xenophilus. CATANÆI, Charondas, Lysidas. CORINTHIUS, Chrysipus. TYRRHENUS, Naufitheus. ATHENIENSIS, Neocritus. PONTICUS, Lyrarnnus. Omnes CCXII. Clarissimæ autem mulieres Pythagoræ, fuerunt Timycha, Myllæ Crotoniatæ uxor. Philtis, Theophræi Crotoniatæ filia. Byndaice, soror Ocelli & Ocyli Lucanorum. Chilonis, filia Chilonis Lacedæmonii. Cratesiclea Lacedæmonia, uxor Cleanoris Lacedæmonii. Theano, uxor Brontini Metapontini. Mya, uxor Milonis Crotoniatæ. Lathenia Ar-

